



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Petitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

172 *Die Mercurij*  
atque laudabilissima  
voluntas semper in me,  
de me, per me, & in  
omnibus fiat.

---

P E T I T I O .

*Idiora  
contem.  
cap. 10.*

**O** Clementissime  
Dñe Iesu Chri-  
ste, amicos tuos viui-  
ficans amore, extende  
ad me peccatorem mi-  
serabilem tuam exupe-  
rantem dilectionem, vt  
te diligam pro dono  
tuo, & modo meo mi-  
nus quam iusto. Nam  
etsi quātum debeo nō  
pos-



possum: non possum  
tamen ultra quàm pos-  
sum. Potero autē plus,  
cū plus donare digna-  
beris: nunquam tamen  
prout dignus haberis.  
Da igitur mihi tuum  
amantissimū amorem,  
quo te donante, dili-  
gam, & amem, tibi pla-  
ceam, tibi seruiam, tua  
præcepta adimpleam,  
à te non separer in præ-  
senti, & in futuro, sed  
tecum maneam agglu-  
tinatus amore in sem-  
piternum. O Amor,  
qui semper ardes, &  
nunquam extingueris.

H 3 dulcis



174 Die Mercurij

dulcis Christe, Bone  
Iesu, caritas, Deus

S. Aug.  
Manual.  
cap. 10.

meus accēde me totū  
igne tuo, amore tui, ca-  
ritate tua, iucunditate,  
& exultatione tua, pie-  
tate, & suauitate tua,  
voluptate, & concupi-  
scentia tui: quæ sancta  
est, & bona: quæ casta  
est, & munda: vt to-  
tus dulcedine amoris  
tui plenus, totus flam-  
ma tuæ caritatis vapo-  
ratus diligam te Domi-  
num meum dulcissimū,  
& pulcherrimū ex to-  
to corde meo, ex tota  
anima, ex totis viribus  
meis,



*Petitio.* 175

meis, & ex omni inten-  
tione mea, cum mul-  
ta cordis contritione,  
& lacrymarum fonte,  
cum multa reuerentia,  
& tremore: habens te  
in corde, & in ore, &  
præ oculis meis sem-  
per & vbique, ita vt  
nullus in me adulteri-  
nis amoribus pateat  
locus. Nihil, quæso si-  
ne te mihi dulcescat,  
nihil complaceat, nihil  
pretiosum, nihil præter  
te mihi arrideat specio-  
sum. Vilescât, obsecro,  
absque te omnia, for-  
deant vniuersa. Quod

*S. Aug.  
Medit.  
cap. 7.*

H 4 tibi



176 *Die Mercurij*  
tibi aduersum est, sit  
mihi molestum; & tuū  
beneplacitum, meum  
indeficiēs desiderium.  
Tēdeat me gaudere si-  
ne te, & delectet con-  
tristari pro te. Sit mihi  
nomen tuum refocil-  
latio, & memoria tua  
consolatio. Fiant mihi  
lacrymæ meæ panes  
die, ac nocte inuesti-  
gando iustificationes  
tuas. Sit bonum mihi  
lex oris tui super mil-  
lia auri, & argenti. Sit  
obedire tibi mihi ama-  
bile, & resistere tibi  
execrabile. Amen.

Anima



Anima Christi, &c.  
fol. III.

---

*Igniculi pietatis.*

**T**eneam te, amor  
animæ meæ, am-  
plectar te sponse cœ-  
lestis. Nolo benedictio-  
nem tuam, sed te.  
Quid enim mihi est in  
cœlo, & à te quid volui  
super terram? Non di-  
mittam te, nec si bene-  
dixeris mihi. Tenui,  
nec dimittam te. *Bern.*  
*Serm. 79. in Cant.*

Quid retribuēs, ani-

H 5 ma



178 *Die Mercurij*

ma mea, Domino, pro  
omnibus quæ retribuit  
tibi, vt sis focia mensæ,  
& focia regni, focia  
thalami, vt introducat  
te Rex in cubiculum  
suum? Vide quibus  
brachijs vicariæ carita-  
tis redamandus, & am-  
plectendus sit qui tan-  
ti te æstimauit, imò qui  
tanti te fecit. *Bernar.  
serm. in Domin. 2. post  
Epiph.*

O Iesu fons vniuer-  
sæ dulcedinis, ignosce  
mihi, quòd tam serò  
credidi quantum ha-  
beat deliciositatis in-  
ter



*Petitio.* 179

ter brachia tanti spon-  
si quiescere, inter of-  
cula tanti Regis &  
amici tam fidelis  
obdormire. *Bo-*

*navent. c. 1.*

*Soliloq.*

\* \*  
\*



H 6 DIE